REINHOLDI FRIDER. SAHME,
J. U. D. SERENISSIMI AC POTENTISSIMI PRUSSORUM REGIS IN CONSISTORIO SAMBIENSI CONSILIARIO, ET ACADEMIAE HUJUS PROFESS. PUBLICI,

TRACTATIO JURIS ECCLESIASTICI
DE

JURAMENTO SIMONIÆ

A CANDIDATIS S. MINISTERII IN CONSISTORIIS REGNI PRUSSIÆ PRÆSTANDO,

Vom

Eyde der SIMONIE,

Welchen die Candidaten des Heil. Predigt-Amts in denen Conſiſtoriis des Königreichs Preuſſen vorm Antritt deſſelben leiſten müſſen.

REGIOMONTI MDCCXIX. HABITA.

Recuſa Halæ Magd. Typis Hendelianis, 1724. (5.

Digitized by Google

I. N. D. N. J.

TRACTATIO JURIS ECCLESIASTICI, DE JURAMENTO SIMONIÆ A CANDIDATIS S. MINISTERII IN CONSISTORIIS REGNI PRUSSIÆ PRÆSTANDO.

INGRESSUS.

DE Simonia multi inprimis e Pontificiis varia ſcripſerunt. Præter ordinarios enim Juris Canonici ad Decretales eorumque Titulum *de Simonia & ne aliquid pro ſpiritualibus exigatur vel promittatur*, Commentatores, integros Tractatus ediderunt GUILHELMUS REDOANUS *de Simonia & tribus ejus*

A par-

Digitized by Google

partibus, mentali, conventionali & reali, Patav. 1599. PETRUS BINSFELDIUS *Comment. in Tit. Jur. Canon. de Simonia*, Trevir. 1694. quibus addi poſſunt BONACINA & GIBALLINUS nec non alius Anonymus *de Simonia mentali*, Venet. 1582. item JOH. LAUNOJUS *in Hiſt. Simoniæ*, ac forte plures alii. Ex Proteſtantibus hanc materiam pertractarunt JOH. REDECKER *de Canonicatibus & Simonia*, Gottingæ 1682. JOH. CHRIST. GUEINZIUS *in Diſput. inaug. de Simonia*, Helmſtad. 1656. CHRISTOFF. HENR. AMTHOR *de Crimine Simoniæ ejusque Larva Politica*, Kiloni 1704. & non ita pridem Eximius Academiæ Fridericianæ JCtus Dn. JUSTUS HENNINGIUS BOEHMERUS *in Diſſert. de Involucris Simoniæ detectis*, Halæ 1715. Ajunt etiam de Simonia paſſim Juris Civilis Commentatores ad *Inſt. & Digeſta* occaſione Criminis Ambitus, quo illi, qui illegitimo modo honores & dignitates ſibi parabant, Jure Romano tenebantur. Quodſi quis Jus Canonicum & Doctores Pontificios cum Noſtratibus conferat, facile quidem advertet illo jure SIMONIAM ſe multo lati-

latius extendere ac ſub ejus prætextu varia eaque ſæpe incongrua fuiſſe ſancita, interim tamen & illud deprehendet eandem inter Proteſtantes non plane eſſe incognitam & ſuo modo ſevere prohibitam. Facit huc laudabilis REGIS PRUSSORUM Conſtitutio, qua ſalutariter cautum eſt, ut omnes S. Miniſterii Candidati ſub auſpicium muneris Eccleſiaſtici *Juramentum* quod vocatur SIMONIÆ præſtare teneantur: de quo Juramento quædam diſſerere operæ pretium eſſe duximus; Faxit DEUS FELICITER!

I.

AD faciliorem *Juramenti Simoniæ* intellectum quædam *de Simonia* in genere præmittere non incongruum erit. Dici autem Simoniam a famoſiſſimo illo Simone Mago, cujus *Act. or. IIX.* mentio injicitur, nemini forte ignotum eſt. *Simonia dicitur à Simone Mago, cujus vita breviter recenſetur.* Quod natales hujus Simonis attinet, e Gente Samaritana ex vico cui *Gitthon* nomen eſt, cenſetur eſſe oriundus, patre Antonio, matre Rachel dicta: in Græca Literatura verſatiſſimus & inprimis Magiæ deditus fuiſſe dicitur, unde etiam *Magus* appellatus, quæ Magia juxta ANDR. OSIANDRUM *in not. ad dict. Cap. IIX. Act. Lit. (a)* olim nihil aliud fuit, quam Phyſices eximia cognitio, poſtmodum vero impiis ſuperſtitionibus corrupta. Cæterum

terum de ejus vita & doctrina varia conſignarunt veteres Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptores, multa tamen in iis eſſe fabuloſa non immerito notavit Illuſtr. THOMASIUS *de Cautelis circa præcognita Jurisprud. Eccleſ. cap. 10. §. 42.* add. Dn. BOEHMER. *in Diſſ. de involucris Simoniæ detectis cap. 1. §. 1. & 2.* Illud interim ex Sacris Literis conſtat, quod gloriæ & jactantiæ cupidiſſimus & tanto etiam honore ubique locorum ob miracula fuerit mactatus, ut plane de illo dixerint: *Hic eſt virtus DEI, quæ vocatur magna, Actor. IIX. 10.* Vulgo quoque de ipſo circumfertur, quod tempore Claudii Imperatoris Romæ adeo inclaruerit, ut pro Deo haberetur & ſtatua ei poneretur cum inſcriptione: *SIMONI SANCTO DEO*, quod præter Baronium ex Arnobio, Sulpitio Severo, Epiphanio aſſerit quoque CASPAR. ZIEGLERUS *in not. ad Lancellot. Inſtit. Lib. 4. tit. 3. §. 1.* Sed clare, ni fallor, contrarium ex variis Autoribus demonſtravit GODOFR. ARNOLDUS in der Kirchen- und Ketzer-Hiſtorie *part. 1. lib. 1. cap. 4. §. 4.* ſcil. inſcriptionem illam, prouti rudera marmorea Anno 1574. effoſſa & adhucdum in templo S. Bartholomæi extantia teſtantur, ita ſonaſſe: *SEMONI SANGO. DEO. FIDIO.* per quem Herculem denotarunt Romani. Æque etiam incerta mors Simonis videtur, quod nimirum cum Petro Apoſtolo certamen miraculorum inierit, & in cœlum volare tentans precibus Apoſtolorum præceps in terram deciderit ac infamem plane mortem ſubierit.

Simonis negotium cum Apoſtolis. II. Quantum ad noſtrum facit ſcopum, hoc tantummodo notamus negotium, quod cum Apoſtolis Simoni interceſſit, dum facultatem Spiritus Sancti dona

con-

conferendi, quæ per manuum impoſitionem fidelibus gratioſe communicabantur, pretio ſibi comparare ſtudebat, qua de re ita textus *Actor. IIX. 18. 19.* loquitur: *Cum vidiſſet autem Simon, quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus Sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, ut cuicunque impoſuero manus, accipiat Spiritum Sanctum.* Hoc enim juxta explicationem OSIANDRI *in not. ad h. l.* agebat Simon, ut pro pecunia mediocri eam facultatem emeret, qua deinde multo majus pretium ab iis exigeret, qui ab ipſo dona Spiritus S. erant accepturi; perſuaſus forte artificium quoddam ſub his miraculis latere, unde & inclareſcere & diteſcere poſſit. Facile hinc quoque colligere licet, deteſtabilem illam intentionem dona ſpiritualia pretio ſibi comparandi & lucrum cum illis exercendi ab initio a nefando autore Simone proprie dictam fuiſſe Simoniam, quod crimen adeo grave judicavit Apoſtolus Petrus, ut in continenti Simonem acerrimis his objurgaret verbis: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem; quoniam donum DEI exiſtimaſti pecunia poſſideri. Non eſt enim tibi pars neque ſors in ſermone iſto: Cor enim tuum non eſt rectum coram DEO. Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga DEUM, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis & obligatione iniquitatis video te eſſe. Actor. IIX. 20. 21. 22. 23.*

Quomodo Simonia ab initio & prioribus Seculis fuerit conſiderata?

III. Pedetentim tamen, uti communiter fieri ſolet, Simonia latius ſeſe exſerere cœpit, & in ampliori ſenſu fuit uſurpata. Equidem tribus prioribus ſeculis veſtigia Simoniæ vix reperiri, ſed ſeculo demum quarto potiſſimum innotuiſſe demonſtrat Dn. BOEHMER *dict. Diſſert. cap. 1. §. 7. 8. 9.* primario tamen adhuc Simonia in ordinationibus pro pretio fuit notata, utpote in quibus per impoſi-

poſitionem manuum Spiritum S. ordinatis dari vulgo erant perſuaſi. Et quamvis inter Canones Apoſtolicos *can. 28.* diſerte ſcribatur: *Si quis Epiſcopus, aut Presbyter, aut Diaconus per pecunias hanc obtinuerit dignitatem, dejiciatur & ipſe & ordinator ejus, & a communione abſcindatur, ſicut Simon Magus a Petro;* ex quibus verbis colligi poſſet, & venditionem officii Eccleſiaſtici jam illo tempore ad Simoniam fuiſſe relatam, jam dudum tamen alii obſervarunt, canones hos eſſe ſuppoſititios & ad Apoſtolorum tempora non pertinere. vid. MASTRICHT *in Hiſtor. Jur. Canon. n. 105. ſequ.* Mox quoque & hæreſis in Simonia notata, & inter crimina eadem relata & certa eidem pœna præfinita fuit. Poſtmodum vero non uno hoc tantum modo, ſi ſcil. pretio interveniente quis officia ſacra redemerit, ſed pluribus adhuc aliis crimen hoc committi Sancti cenſuerunt Patres, quorum Sententiæ paſſim in Jus Canonicum relatæ, & variis deſuper Pontificum Conſtitutionibus pro re nata auctæ fuerunt.

Simonia definitio ac diviſio ſecundum Jus Canonicum.

IV. Videamus jam igitur, qua ratione Simonia in Jure Canonico conſideretur. LANCELLOTTUS *in Inſt. Jur. Canon. Lib. 4. Tit. 3. §. 1.* eandem ita definit: Simonia nihil aliud eſt, quam ſtudioſa voluntas ſive cupiditas emendi vel vendendi ſpiritualia, vel ſpiritualibus annexa. Vel Simonia eſt rei ſpiritualis, vel ſpiritualibus annexæ cum aliquo temporali facta commutatio: ubi notat ZIEGLERUS inter ſpiritualia referri Sacramenta & dona Spiritus S., inter annexa vero ſpiritualibus, Jus Patronatus, fructus Eccleſiæ & beneficia Eccleſiaſtica item decimas & alia. Idem LANCELLOTTUS *loc. alleg. §. 2.* Simoniæ duas facit ſpecies: Nam, inquit, aut eſt conventionalis, aut mentalis. *Conventionalem* eſſe dicit, cum

aut

aut aliquid datum eſt, vel de dando in poſterum tractatus interceſſerit, & conventio. *Mentalem* vero, cum nullum quidem interceſſit factum, ſed ſola prava dantis aut recipientis mens & intentio concurrit. GUILIELM. REDOANUS tamen & alii Canoniſtæ triplicem illam faciunt & *Realem* adhuc ſuperaddnnt, quam vocant ipſam collationem vel acceptionem ſpiritualium actualem non gratuitam: ſeu quando ultra conventionem de dando accedit traditio ipſius rei, idque ex parte utriusque, tam dantis, quam accipientis. vid. DESSELII *Erotemat. Jur. Can. Lib. 5. Tit. 3. qv. 2.* Recentiores huc etiam referunt Simoniam *Confidentialem*, ſ. *Confidentiæ*, quæ juxta modo allegatum Deſſelium *loc. cit.* proprie locum habet in renunciationibus & collationibus aliisque proviſionibus beneficiorum Eccleſiaſticorum, v. g. quando quis alicui providet de beneficio cum certa fiducia & ſpe, ut proviſus illud ipſum aliquando reſignet cedatve, vel ei a quo beneficium obtinuit, vel illius nepoti, vel etiam alteri. Quod ipſum Mr. MOREAU Canonicus Leodicenſis *in Tractatu de la Simonie cap. VIII. p. 169.* ita explicat: *Elle conſiſte à conferer un benefice à quelqu' un ſous le titre de reſignation ou de collation, ſoit pour les retirer apres de ſes mains, ſoit pour en recevoir les revenues, ou une partie, ſoit pour le faire rendre à un amy, ou à un parens, qu'on deſigne à celui, à qui on le reſigne ſous cette obligation, mais ſecrette.* De qua Simoniæ ſpecie extat Conſtitutio Pii IV. de Ao. 1564. & duplex Pii V. de Ao. 1568. & 1569. confer. Dn. BOEHMER *dict. Diſſ. cap. 1. §. 21.*

V. Porro ratione modi de Jure Canonico committitur Simonia vel per manum, vel per linguam, vel per obſequium. Fundamentum habet hæc diſtinctio *in* *can.*

Quod modis Simonia in Jure Canonico

co committatur?

can. 114. c. 1. qu. 1. ubi GREGORIUS *in Evangeliorum tractatu hom. 4.* ita ſcribit: *Sunt nonnulli, qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt, & tamen ſacros ordines pro humana gratia largiuntur, atque de largitate eadem laudis ſolummodo retributionem quærunt. Hi nimirum quod gratis acceptum eſt, gratis non tribuunt: quia de impenſo officio ſanctitatis, nummum expetunt favoris. Unde bene cum juſtum virum deſcriberet Propheta, ait: Qui excutit manus ſuas ab omni munere. Neque enim dicit, qui excutit manus ſuas a munere, ſed adjunxit ab omni, quia aliud eſt munus AB OBSEQVIO, aliud munus A MANU, aliud munus A LINGUA. Munus quippe ab obſequio eſt ſubjectio indebite impenſa. Munus a manu pecunia eſt; Munus a Lingua favor &c.* Quomodo hoc ipſum LANCELLOTTUS explicet *vid. in Inſt. Jur. Can. Lib. 3. Tit. 3. §. 3.* add. ARNOLDUS CORVINUS *in Jur. Canon. Lib. 3. Tit. 2. aphor. 5. 6.*

In Jure Canonico variantur Simoniæ ſpecies.

VI. Nunc breviter quoque variæ illæ ſpecies percurrendæ ſunt, quibus Simonia juxta Jus Canonicum committitur. LANCELLOTTUS ſequentes enumerat *loc. cit. §. 3. in fin. Contrahitur ergo in Simonia, cum quis ſacra quodammodo in commercium deducit: & §. 4. Sed & tunc*, pergit, *quoque Simonia committi dicitur, cum quid pro perſonis Eccleſiaſticis deducendis in ſedem, vel ſacerdotibus inſtituendis, aut ſepeliendis mortuis, ſeu pro nubentium benedictionibus, accipitur. Is quoque qui pro electione præmia largitur, quia per electionem pervenitur ad conſervationem, perinde Simoniacus habebitur, ac ſi pro conſecratione munera dediſſet.* DESSELIUS *in Erotem. Jur. Canon. Lib. 5. Tit. 3. qu. 4.* breviter hoc ita effert: incurrere in vitium Simoniæ tam ementes, quam vendentes; præterea & illum qui ſive danti ſive accipienti vel proxeneta vel interceſſor vel co-

ope-

operator fuerit. B. BRUNNEMANNUS *in Jure Eccleſiaſt. Lib. 2. cap. 18.* §. 7. decem ſpecies ex Jure Canonico enumerat, quibus Simonia committitur: 1. quando Epiſcopus pro ordine a ſe conferendo vel Notarius ejus temporale aliquid exigit. 2. Si pretium accipiat pro ingreſſu religionis, pro conſtitutione Prælati, pro benedictionibus nuptiarum. 3. Cum Epiſcopus pro temporali ſervitio beneficium Eccleſiaſticum confert. 4. Quando quis homagium præſtat, ut obtineret beneficium Eccleſiaſticum. 5. Quando quid exigitur pro exequiis mortuorum. 6. Si quis ea conditione ſe præſentari patiatur, quod nullam petere velit portionem. 7. Quando Epiſcopus pro diſpenſatione aliquid percipit. 8. Quando quis ſuo beneficio renunciat in alterius gratiam, a quo pecuniam accipit. 9. Qui beneficii Simoniace obtenti, vel proxeneta vel interceſſor vel cooperator fuit. 10. Si offerens ſe ad Prælaturam prommittat, ſe debita monaſterii, vel Prædeceſſoris ex propriis ſoluturum. Dn. BöHMER. *in dict. Diſſ. loc. cit.* numerum uſque ad 12. ſpecies auget, ut ſcil. perpetretur, ſi quis dederit (1) pro baptiſmo, (2) pro pallio, (3) pro ſepultura, (4) pro pœnitentia, (5) pro Sacramentis aut alio cultu ſacro, (6) pro præbendis & beneficiis Eccleſiaſticis, (7) pro venditione rerum Eccleſiaſticarum, (8) in Inveſtituris Imperatorum, (9) in chriſmatis unctione, (10) pro benedictione abbatum, aut nubentium, (11) in transactione ſuper Eccleſiaſtico beneficio, (12) pro ingreſſu in monaſterium; quanquam forte adhuc plures in Jure Canonico ejusque Commentatoribus reperiantur. Quis vero hic non videt, multa minus congrue ad Simoniam referri: hinc & in ipſo Jure Canonico variæ rurſus cauſæ proſtant, quæ

ab hoc vitio excuſationem præbent, de quibus DESSELIUS *loc. cit. qu. 5.* Optimum hac de re judicium fert B. Dn. GOTTLIEB GERHARD TITIUS in der Probe des Deutſchen Geiſtlichen Rechts *Lib. 3. cap. 5. §. 5* ita ſcribens: Die Papiſten machen von der Simonie viel Weſens, indem ſie unter ſelbiger viel unſchuldige Handlungen begreiffen, auch viele Sachen vor geiſtlich ausgegeben, an denen doch nicht das geringſte geiſtlich iſt, daneben auch viele Erfindungen erdencken, dadurch man alle Geſetze kan hintergehen, und das Laſter der Simonie ablehnen. Sie machen es alſo, ihrer Gewohnheit nach, wie die Taſchen-Spieler, die mit leeren Worten ein Blendwerck, damit man ihnen nicht auf die Hände ſehe, erregen; Denn alſo nehmen auch die Päbſtiſchen Lehrer die Leute mit eiteler Lehre ein, damit ſie die Boßheit, ſo auch in dieſem Stück die Geiſtlichkeit ausübet, nicht mercken ſollen. H. J.

Inter Proteſtantes multa reliquiæ è Papatu circa Simoniam remanſerunt

VII. Inter Proteſtantes per ſalutarem Reformationem varia quidem *Pontificiorum* dogmata mutata ſunt, multi tamen eorundem errores ita funditus extirpari vix potuerunt, ut non quædam reliquiæ hinc inde remanſerint, quæ potiſſimum in Jure Eccleſiaſtico haud raro conſpiciuntur, & ſæpiſſime non exiguam confuſioni anſam præbent. Cauſam hujus rei non ultimam eſſe putamus nimiam Juris Canonici venerationem ejusque in Conſiſtoriis Proteſtantium circa res ut volunt, ſacras, ſpirituales & conſcientiæ receptionem, vel ſi mavis retentionem, quod tamen B. LUTHERUS magno zelo combuſſerat. Quo ipſo factum eſt, ut iidem errores, quorum Pontificios arguimus, apud nos remanſerint, & licet contra illorum principia diſputemus, eorum tamen concluſiones ſequamur. Exempli loco eſſe poteſt

Matri-

Digitized by Google

Matrimonium, quod Sacramentum eſſe pernegamus, quoad effectus tamen ipſimet confitemur. conf. JOH. SAM. STRYCK *in Diſſ. de Reliquiis Sacramenti in matrimonialibus*, fruſtra id ipſum & ex leviuſculis rationibus negante MICH. HENR. GRIBNERO *in Diſſert. de his quæ ex jure Proteſtantium matrimoniali ad reliquias Sacramenti perperam referuntur. Witemberg. 1715. habita.* Eadem fere ratione comparatum quoque eſt cum Simonia: hæc enim poſt Reformationem a commentis Pontificiorum penitus purgari & ita diſtincte concipi non potuit, ut non veſtigia quædam Papatus poſt ſe reliquerit: adeo ut & magni nominis JCti *ZIEGLERUS & BRUNNEMANNUS* hos ſcopulos vix evitaverint. Quid prior ſentiat, ex notis ipſius ad *LANCELLOTTUM* manifeſtum eſt. BRUNNEMANNUS *in Jure Eccleſiaſtico*, quod tamen in uſum Eccleſiarum Evangelicarum & Conſiſtoriorum concinnatum eſt, *Lib. cap. 18.* §. 5. eandem definitionem retinet, quam ex *LANCELLOTTO* ſupra vidimus, quid ſcil. Simonia ſit voluntas emendi vel vendi aliquid ſpirituale, vel ſpirituali annexum; quomodo vero hoc ipſum ad ſaniora Proteſtantium dogmata applicari poſſit, vix apparet. Ipſimet laudatus Autor ad res ſpirituales tantum refert Verbum & Sacramenta *Lib. 2. cap. 1.* §. 2. hæc vero emi ac vendi non poſſe quilibet videt; neque enim ſalutaria hæc remedia & alia Spiritus S. dona ullo pretio comparari poſſunt, id quod Simon Magus tamen revera intendebat: Et licet voluntas juxta definitionem adeſſet, mentalis tamen adhucdum maneret Simonia quæ ad actum deduci non poſſet, ſicque ad forum civile non pertineret. Quid vero per id, quod ſpirituali annexum eſt, in definitione intelligi debeat, jam ſupra ex *ZIEGLERO* an-

notavimus, nimirum Jus Patronatus, fructus Eccleſiæ, beneficia Eccleſiaſtica &c. quæ omnia tamen, ſi accurate perpendas, nihil ſpiritualis in ſe continent, & melius proprio nomine res Eccleſiaſticæ quam ſpirituales appellantur.

In quonam Simonia inter Proteſtantes proprie conſiſtat?

IIX. Ex his igitur ſatis conſtare videtur, Simoniam in proprio ac genuino ſenſu, quatenus ſcil. pro emptione rerum ſpiritualium accipitur, vix ac ne vix quidem dari. Cum vero & illud negotium, quo res Eccleſiaſticæ & in ſpecie officia ac munera Eccleſiaſtica illegitimo modo in commercium deducuntur vel alia illicita ratione acquiruntur, etiam SIMONIÆ vocabulo vulgo inſigniatur, non improbandum hoc eſſe cenſemus, præſertim cum & Analogia quædam intercedat, & in verbis faciles eſſe poſſimus. Facit huc etiam Diviſio nonnullorum, qua Simoniam dividunt, quod alia ſit Juris Divini, alia juris Humani ſ. Eccleſiaſtici: illam committi dicunt circa res mere ſpirituales & maxime circa eas, quibus poteſtas clavium confertur, hanc vero committi circa rem natura quidem vendibilem, prohibitam tamen vendi jure poſitivo Eccleſiaſtico, quorſum venditionem officiorum referunt; quæ diviſio etſi a Canoniſtis originem trahat, ſuo tamen modo tolerari poteſt: vid. DESSEL. *Erotem. Jur. Can. Lib. 5. tit. 3. qu. 3.* eandem quoque approbare videtur B. BRUNNEMAN. *loc. cit.* §. *6.* Illud ſolummodo addendum, quod prior ſpecies in Proteſtantium Eccleſiis ob ſuperius jam deducta ſit incognita, ceu recte obſervat Dn. TITIUS in der Probe des Deutſchen Geiſtlichen Rechts *Lib. 3. cap. 5. §. 3.* Remanet igitur poſterior tantum ſpecies, quæ inprimis circa acquiſitionem muneris ſ. officii Eccleſiaſtici ſeſe exſe-

ſerit. Utut vero potiſſimum circa Emptionem ac venditionem officiorum Eccleſiaſticorum occupata ſit noſtra Simonia, attamen & alia illegitima & Sacerdotium adſpirandi media non excluduntur. Eleganter id indigitat Dn. TITIUS *loc. alleg.* ita ſcribens: im übrigen halte ich dafür, daß nicht allein eine Simonie begangen werde, wenn man Geld giebt, ſondern auch, wenn man durch verdächtige Heyrath, unverſchämtes Betteln und Lauffen den Dienſt erjaget. Unde tres Simoniæ claſſes formari poſſunt, (1) quando Sacerdotium acquiritur per emptionem ſeu per dona ac pecuniam, (2) per matrimonium ſ. per nuptias, (3) per importunas preces: qui ultimus tamen modus uti frequentiſſimus ac uſitatiſſimus ita plane impunis fere eſt: quotusquisque enim Candidatorum eſt, qui officio quodam vacuo non alacerrime curſitet, Patronorum amicorumque opem flagrantiſſime expoſtulet & omnem moveat lapidem, ut ad Sedem vacantem promoveatur: qua de re jam ſuo tempore emphatice conqueritur pius Theologus B. Heinr. Müller *in p. 1. C. 131.* Der Geiſtlichen Erqvick-Stunden: Wie vigilant iſt mancher, wann ein Dienſtchen loß iſt! wie vigilant ſind ſeine Freunde! iſt doch des Lauffens, Kauffens, Bettelens ſchier kein Ende! man eilt zum Ambt, als wenn lauter Zucker darin zu beiſſen, und zur Kappen, als wäre ſie gantz leicht zu tragen. Sed vitia hæc ſunt Sæculi, quæ quidem in foro ſoli extra pœnam ſunt, in foro conſcientiæ tamen non excuſantur. Revera enim non minima malitiæ ſpecies ſubeſt, dum haud raro magis idonei ab officio excluduntur, & eo ipſo non ſolum inique excluſis ſed univerſæ etiam Eccleſiæ præjudicium contingit; ut taceam pro legitima vocatione illam ha-

beri vix poſſe, quæ per tot cuniculos comparatur. Caveant itaque Candidati, ne officiis ſeſe impetuoſe ingerant, ut eo tranquilliori in poſterum animum eſſe poſſint, ſi forte quid adverſi ipſis accidat. Optime hinc monet ſummus Theologus *JOH. GERHARDUS in Loco de Miniſterio Eccleſiaſtico Sect. 6. §. 115. Nemini quidem prohibitum eſt, operam ſuam offerre Eccleſiæ, modo ſibi conſcius ſit neceſſariæ eruditionis & donorum ac docendum requiſitorum, - - - interim tamen, qui Eccleſiæ operam ſuam offert, liberum de ſe aliis permittere debet judicium, nec occultis artibus & illegitimis modis ſeſe ingerat, ſed vocationem ordinariam ac legitimam expectet, nec deſiderium mutetur in curſum, - - - nec honeſta muneris petitio in famelicam & inhoneſtam ambitionem deſinat.*

Acquiſitio Sacerdotii per pretium vel per nuptias in Pruſſia coercetur juramento Simoniæ.

IX. Aſt duo reliqui modi, quibus Sacerdotium vel pretio vel per nuptias acquiritur, quoniam & contra dignitatem Miniſterii ſunt, & legitimam vocationem, unicum pii Sacerdotis fundamentum impediunt, & revera crimen aliquod involvunt, publica Lege non immerito ſunt prohibiti. Ut vero eo cautius in hac re tam ardua procedatur, Sereniſſimus ac Potentiſſimus Pruſſorum REX FRIDERICUS piæ glorioſiſſimæque memoriæ pro ſingulari in Religionem ſtudio antequam adhuc Regale Solium conſcenderet, in peculiari Conſtitutione Candidatorum S. Miniſterii de dato Königsberg den 25. Septempr. 1698. quæ poſtmodum per aliam ſub dato Cölln an der Spree den $\frac{\text{24. Novembr.}}{\text{4. Decembr.}}$ anno 1699. confirmata eſt, inter alia ſaluberrime conſtituit, ut omnes omnino Miniſterii Candidati, antequam ad officium admittantur, juramento prius evincere debeant, ſe ratione Sacerdotii adepti nemini quidpiam dediſſe vel in poſterum

dare

dare velle, ſe neque ad officium ſub quacunque ſpe, aut promiſſo matrimonii veniſſe. Verba prioris Conſtitutionis hoc in paſſu in puncto quinto ita ſe habent: Ehe die Candidati zu ihren Pfarren, es ſey, daß wir oder andere Patroni ihnen ſelbige conferiret, ordiniret oder introduciret werden, ſollen ſie vor dem Conſiſtorio eydlich ausſagen, ob ſie ihrer Beförderung halben jemanden etwas gegeben, verſprochen, oder zu geben gedencken; Jmgleichen, ob ſie des vorigen Pfarren Wittwe, Tochter, Anverwandtin, oder ſonſt eine andere Perſon, ſo ihnen occaſione dieſer ihrer Beförderung recommendiret worden, zu heyrathen Hoffnung gegeben, da dann, wenn ſolches geſchehen, ein ſolcher Candidatus nicht zum Predigt-Ampte gelaſſen, ſondern ſo fort & in perpetuum abgewieſen ſeyn ſolle. Altera vero Sanctio quoad hoc punctum ſic ſonat:

Friederich der Dritte, Chur-Fürſt rc.

Unſern rc. Wir befehlen Euch hiemit in Gnaden, bey Beſtellung der dortigen Prediger, jedesmahl folgende Puncte genau und fleißig obſerviren zu laſſen: 1. Daß kein Prediger, Er ſey wer Er wolle, in ſpecie auch bey denen Pfarren, ſo von Edel-Leuthen und andern Privatis vergeben werden, beſtellet werde, Er habe denn das ſo genannte Juramentum Simoniæ vorher abgeſchworen, und damit betheuret, daß Er umb ſolchen Pfarr-Dienſt zu erlangen, keinem Menſchen etwas gegeben, oder künfftig geben wolle, und daß Er auch zu ſolcher Pfarr ſub quacunque ſpe aut promiſſo matrimonii nicht gekommen

ſey

ſey ꝛc. (Sequentia alia puncta ordinem & promotionem Candidatorum concernunt.)

An
Die Preußiſche Regierung.

Et hæc conſtitutio ſub eodem dato ad Conſiſtorium Sambienſe pro exacta obſervantia & executione immediate eſt transmiſſa. Utrasque Conſtitutiones integras etiam reperire licet in B. Domini Epiſcopi *BERNH. von SANDEN Inſtructione Miniſtrorum Verbi Sect. 3. pag. 315. ſeqq.*

Juramentum Simoniæ jam Veteribus fuit cognitum, & apud Pontificios obſervatur.

X. Tametſi vero de hoc Simoniæ juramento tam apud Pontificios quam Noſtrates non adeo frequens injiciatur mentio, illudque in paucis fere locis ſit introductum, non tamen Veteribus penitus fuit incognitum. Jam enim ſuo tempore CALIXTUS II. *Epiſt. ad Gaufrid. Carnotenſ. Epiſc.* de Canonicorum aliorumque Juramento ita ſcribit: *Nullus eorum qui Canonici fiunt, pro præbenda quidquam det, vel promittat, aut per ſimiliter, aut per ſuppoſitam manum: neque poſt deceſſum prælatorum, qui nunc in Eccleſia veſtra vivunt, ullus vel Decanus vel Præcentor, vel Subdecanus, vel Succentor in locum ipſum ſtatuatur, quousque in capitulo liquido juret, pro officio ſuo nihil dediſſe vel promiſiſſe, quousque etiam juret, ſe pro præbendis nihil exacturum, vel accepturum, aut per ſe, aut per ſuppoſitam manum. Similiter poſt deceſſum ſimplicium Canonicorum, nullus in locum eorum Canonicus ſufficiatur, niſi ante in communi capitulo juret, vel tutor ſuus pro eo, ſi ipſe infra annos Canonicus fuerit, ſe pro præbenda nihil dediſſe aut promiſiſſe nec per ſe nec per ſuppoſitam manum.* Similiter quoque *in Canon. XI.* in Allemanniæ Concilio Anno MDCXXV. habito hæc extat diſpo-

diſpoſitio: *Statuimus etiam, quod nullus Clericus ad curam animarum ab Epiſcopo vel Archidiacono admittatur, niſi prius juraverit, quod nullam in adeptione beneficii, ad cujus curam præſentatur, commiſerit Simoniam;* uti ex HARTMANN. *Tom. IV. Concil. illuſtrat. p. 365.* refert Dn. BöHMER. *in d. Diſſert. de involucris Simoniæ detectis cap. 1.* §. *22.* Quinimo jam tempore Juſtiniani Imperatoris Juramentum hoc Simoniæ in uſu fuiſſe, ex *Novella 137. cap. 2.* liquido apparet, utut forte hoc nomine non fuerit inſignitum: ita enim ibidem inter alia diſponitur: *Jusjurandum autem ſuſcipere eum qui ordinatur per divinas ſcripturas, quod neque per ſe ipſum, neque per aliam perſonam dedit quid aut promiſit, neque poſthac dabit vel ordinanti ipſum, vel his qui ſacra pro eo ſuffragia fecerunt, vel alii cuiquam ordinationis de ipſo faciendæ nomine.* Non improbabile igitur eſt illud in Eccleſia Orientali citius invaluiſſe, poſtmodum vero in Occidentalem quoque introductum, non tamen ſemper ab omnibus obſervatum fuiſſe. De hodierna hujus juramenti inter Pontificios obſervantia ſcribit *PYRRHUS CORRADUS in Praxi Beneficiaria, edita Coloniæ Agrippinæ 1679. Lib. 4. cap. 5.* quod ad effugiendam omnem Simoniæ ſuſpicionem, quæ in præſentationibus intervenire poſſet, conſueverint nonnulli Epiſcopi exigere propterea juramentum a præſentatis ad beneficia Juris Patronatus, antequam ad actum inſtitutionis deveniatur: ſervaſſe hoc etiam notat S. Carolum Borromæum Archiepiſcopum Mediolanenſem, huncque in finem provocat ad *Concilium Provinc. Act. Eccleſ. Mediolan. tit. quæ pertinent ad collationem beneficiorum*, ubi hæc habentur verba: *Neminem autem vel præſentatum, vel nominatum, vel electum, vel ab Inferioribus proviſum*

ſum antea inſtituant Epiſcopi, quam infra ſcriptum jusjurandum ab eo exegerint, nempe:

Ego præſentatus, vel electus &c. ad beneficium N. juro per Sacroſancta DEI Evangelia, quæ meis manibus tango, neque me beneficii obtinendi cauſa, ut ad id præſentarer vel nominarer &c. neque quemquam alium meo nomine, aut conſentiente vel ſciente me quidquam collatori, patrono, ſeu alii cuipiam ea de cauſa promiſiſſe, ſeu dediſſe aut compenſaſſe, aut prius datum confirmaſſe, vel locaſſe, vel prius mutuo datum, commodatum, locatum, aut quocunque modo debitum remiſiſſe, aut relaxaſſe. Nec de domibus, terris, præſidiis, reditibus ejus Eccleſiæ fructibusque, decimis, aut oblationibus ejusdem præteritis, præſentibus ac futuris donationem, remiſſionem locationemve feciſſe, promiſiſſe aut iniviſſe, aut alium mandante vel conſentiente me, promiſiſſe aut iniviſſe. Ita me DEUS adjuvet, & hæc Sancta DEI Evangelia.

Addit *CORRADUS* uſum exigendi hujusmodi jusjurandum nimis commendabilem eſſe, per quod Simoniæ morbo potiſſimum circa præſentationes ad beneficia Juris Patronatus plurimum occurratur; *cum in omnibus fere modis*, uti Autor ſubjicit, *in ſupradicta formula juramenti expreſſis, Simoniam ipſam ſæpe contractam fuiſſe non ignoremus, dum pro opportuno remedio, ad Officium Sacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ me illius Prætorio inſerviente, recurſus pro foro tantum conſcientiæ, habitus fuerit.* H. I. An tamen ubivis inter Pontificios hoc ipſum ita ſtricte obſervetur, merito dubitamus.

Definitio Juramenti Simoniæ ejusque formula.

XI. Ex hactenus dictis facile jam colligere licet, in quibus Juramentum Simoniæ conſiſtat; Si tamen definitionem ejus quis deſideret, talis forte juxta noſtram Conſtitutionem poſſet ſuppeditari: Juramentum Simoniæ eſt religioſa Numinis Divini invocatio, qua Candidatus ad Sacerdotium vocatus aſſeverat, quod ratione adepti

epti officii nemini quidpiam dederit vel promiſerit, vel adhuc aliquid dare velit, neque ulli fœminæ ejus intuitu matrimonium ſit pollicitus, vel ſpem eidem fecerit, ad declarandam legitimam vocationem. Formula ejus in Conſiſtorio Sambienſi hæc eſt:

Ich N. ſchwere zu GOtt dem Allmächtigen einen Eyd, daß ich wegen des Pfarr-Amts zu N. N. Niemanden ichtwas gegeben, verſprochen, noch zu geben gedencke, auch keiner Perſon, die mir occaſione dieſer Beforderung zur Heyrath hätte können vorgeſchlagen und recommendiret werden, die Ehe verſprochen, noch ihr Hoffnung dazu gemachet; Als wahr mir GOtt helffe und ſein heiliges Wort.

Quodſi ad Diaconatum vel Adjuncturam quis vocatus ſit, verba ita mutantur: wegen des Diaconats vel wegen der Adjunctur &c.

XII. Præſtant hoc Juramentum S. Miniſterii Candidati, qui jam rite ac legitime ſunt examinati, & ad Sacerdotium ſeu officium quoddam Eccleſiaſticum vocati, ſive ſint graduati ſive non graduati, quin & Theologiæ Doctores ac Profeſſores: Utut enim hi ab examine ſint immunes, non tamen a Juramento Simoniæ liberantur. Nihil vero intereſt, utrum quis ad Paſtoratum, an ad Archipresbyteratum, an ad Diaconatum vel etiam Adjuncturam quandam ſive in civitate ſive in vico vel etiam pago vocationem acceperit. Nulla quoque differentia attenditur, an quis ab ipſa Sacra Regia Majeſtate, an a Nobili vel Magiſtratu aut alio quodam Jus Patronatus exercente fuerit vocatus, omnes enim ex generali Conſtitutione juramentum hoc præſtare tenentur. Præſtatur vero in propria perſona: Quamvis enim in

A quibus, quando & quo in loco præſtetur?

aliis quibusdam juramentis in Praxi receptum ſit, ut etiam per Procuratorem vel aliam intermediam perſonam ſpeciale mandatum habentem in animam Principalis, forte ob ejus abſentiam vel aliam ob cauſam præſtari poſſint, hoc tamen in Juramento Simoniæ vix locum habet, cum præſentia Paſtoris & in examine & in admonitione, quomodo ſe in futuro gerere debeat officio, quæ Juramentum Simoniæ præcedit, & a Theologo Conſiſtorii primario peragi ſolet, abſolute ſit neceſſaria. Et exinde quoque fluit, quod præſtatio hujus juramenti regulariter in loco Conſiſtorii fieri debeat: dico *regulariter*; nonnunquam enim fieri poteſt, ut urgente neceſſitate & alibi ſit præſtandum, quemadmodum tempore peſtis obſervavimus & examina & ordinationes Candidatorum ex ſpeciali Regia conceſſione & permiſſu Conſiſtorii ab Archipresbyteris quandoque peracta ibidemque Simoniæ juramentum præſtitum fuiſſe. Nihil quoque obſtaret, ſi in ejusmodi caſu juramentum in ſcriptis a Candidato exigeretur, & Conſiſtorio transmitteretur, cum & ſcriptura jarantem eodem modo obliget.

Solennitates juramenti Simoniæ.

XIII. Solennitates circa hoc Juramentum Simoniæ vix aliæ occurrunt, quam quæ alias ad juramentum corporale & ſolenne in genere requiruntur. Priusquam jurat Candidatus, formula juramenti ipſi communicari ſolet, ut contenta ejusdem ſibi reddat cognita; quo facto digitos duos priores manus dextræ elevat, prælegit Secretarius Conſiſtorii ſingula juramenti verba, & articulate eadem pronunciat Candidatus. Illud tamen hic ſingulare eſt, ut circa præſtationem juramenti Præſes Conſiſtorii cum omnibus Conſiliariis ſurgat & ſtando jurisjurandi actum celebret, quod partim in juramenti ſanctimoni-

moniam,partim ad jurantium religionem & devotionem excitandam videtur eſſe introductum, & in omnibus juramentis in Conſiſtorio obſervatur. Circa tempus adhuc obſervandum, quod quamvis alias juramenta communiter tempore matutino præſtari ſoleant; in Conſiſtorio tamen horis pomeridianis hoc fiat, quia conventus alio tempore non celebrantur. Curet tamen Candidatus juraturus, ut ſtomacho jejuno accedat, ne forte vino vel cibo repleto proclivior ſit ad religionem jurisjurandi violandam occaſio. Eleganter hinc diſponitur in *can. 16. ca. XXII. qv. 5. Honeſtum etiam videtur, ut qui in Sanctis audet jurare, hoc jejunus faciat cum omni honeſtate & timore Dei.*

XIV. Objectum circa quod Juramentum Simoniæ occupatur, eſt *primo*, ut Candidatus ad Sacerdotium vocatus juret, quod ratione adepti officii nemini quidpiam dederit vel promiſerit, vel adhuc aliquid dare velit. Equidem omnium etiam civilium officiorum venalitatem in bene conſtituta Republ. tolerandam non eſſe probatiſſimi quovis tempore docuerunt Politici. Hinc Imperator JUSTINIANUS officiorum venditionem omnium malorum cauſam & pecuniam ex officiis conquirere omnium flagitiorum principum & terminum non tantum dicit, ſed & venalitatem hanc ſevere interdicit, confiſcatione bonorum, nonnunquam exilii & quadrupli pœna in contravenientes ſtatuta. vid. *L. 16. C. ſi certum petat.* & *tot. tit. ff. & C. ad L. Jul. de Ambitu.* quod ipſum tam accurate fuit obſervatum, ut & illi, qui ad regendas provincias accedebant, juramento ſe obſtringere debuerint ſe pro adminiſtrationibus ſortiendis neque dediſſe quidpiam, neque daturos unquam poſtmodum fore, ſive per

Objectum: (1) ut nihil pro Sacerdotio fuerit datum vel promiſſum: ubi de venditione officiorum in genere.

ſe ſive per interpoſitam perſonam in fraudem Legis ſacramentique, aut venditionis donationisve titulo aut alio velamento cujuscunque contractus. *L. 6. C. ad L. Jul. repetundarum.* Sed hæc felicitas nec apud Romanos ſemper firmo ſtetit talo; jam enim ſuo tempore Ovidius Naſo cecinit:

In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores,
Venit honos auro conciliatur amor.

Quin & in alias provincias malum hoc pedetentim irrepſit & publica Lege tantum non confirmatum fuit, ut inde non immerito celeberr. FORSTNERUS *ad Tacit. Lib. 1. cap. 2.* exclamet: *Quam vellem*, inquit, *non hac infirmitate Europa noſtra Provinciæ pene omnes laborarent, niſi me omnia fallunt ſunus erunt, aut vehementiſſima medicina pellenda erit tanti morbi vis.* Quousque tamen & quo modo talis officiorum venditio tolerari poſſit erudite disquirit ALBERTUS WILLEBRANDUS *in Diſſert. de Venditionibus Officiorum, Roſtochi 1693. babita.*

Venditio officii Eccleſiaſtici tam Jure Civili quam Canonico eſt prohibita.

XV. Quicquid vero tandem de civilium officiorum venditione ac comparatione dici vel excuſari poſſet, officii tamen Eccleſiaſtici venditio nullo modo toleranda eſt. Jam inter Ethnicos hoc fuiſſe interdictum teſtatur DIONYSIUS HALICARN. de Romulo primo Romanorum Rege *Lib. 2. Hiſt.* honorifice memorans, quod nunquam Sacerdotium pretio vendiderit. Inter Chriſtianos vero egregie hac de re diſpoſuerunt Impp. LEO & ANTHEMIUS in aurea Lege *Si quemquam 31. C. de Epiſc. & Cler.* quæ Lex judice celeberr. CASP. ZIEGLERO *in tr. de Clerico renitente §. 7.* digna eſt ut a Candidatis Miniſterii crebro ad animum & in memoriam revocetur, quamque huc transſcribere non pigebit: *Si quemquam vel in hac regia urbe,*

be, vel cæteris provinciis, quæ toto orbe diffuſæ ſunt, ad Epiſcopatus gradum provehi DEO auctore contigerit, puris hominum mentibus, nuda electionis conſcientia, ſyncero omnium judicio proferatur. Nemo gradum Sacerdotii pretii venalitate mercetur, quantum quisque mereatur, non quantum dare ſufficiat, æſtimetur. Profecto enim quis locus tutus, & quæ cauſa eſſe poterit excuſata ſi veneranda DEI templa pecuniis expurgentur? quem murum integritatis, aut vallum fidei providebimus, ſi auri ſacra fames in penetralia veneranda proſerpat? quid denique cautum eſſe poterit aut ſecurum, ſi ſanctitas incorrupta corrumpatur? ceſſet altaribus imminere profanus ardor avaritiæ, & a Sacris adytis repellatur piaculare flagitium. Itaque caſtus & humilis noſtris temporibus eligatur Epiſcopus: ut quocunque locorum pervenerit, omnia vita propria integritate purificet. Nec pretio ſed precibus ordinetur antiſtes. Tantum ab ambitu debet eſſe ſepoſitus, ut quæratur cogendus, rogatus recedat, invitatus effugiat, ſola illi ſuffragetur neceſſitas excuſandi. Profecto enim indignus eſt Sacerdotio, niſi fuerit ordinatus invitus. Similia habentur in *Novell. 6. cap. 1. §. 5.* ubi Imp. JUSTINIANUS *Sed neque,* inquit, *pecuniis oportere emere Sacerdotium ei permittimus; ſolum vero eum reſpicere Domini DEI culturam volumus.* add. *Nov. 123. cap. 1. princ. & cap. 2. §. 1.* item *Nov. 137. cap. 2.* Idem etiam in Jure Canonico ſevere eſt prohibitum. vid. *can. 1. 2. 3. & 4. ca. I. qv. 3.* & alibi paſſim: Elegans quoque ratio ſuppeditatur *in can. 113. ca. I. qu. 1.* quod illi ſcil. qui pretio interveniente ordinantur, non per oſtium, id eſt, per Chriſtum intrent, ſed ut ipſa Veritas teſtatur, fures ſint & latrones.

XVI. Qua ratione vero hoc inter ipſos Pontificios obſervetur, experientia docet. Suprema ſane Pontificis dignitas ab hac labe non fuit immunis: teſtatur enim M. ANTO- *Inter Pontificios tamen non eſt infrequens.*

ANTONIUS DE DOMINIS *de Republ. Eccleſ. lib. 9. n. 72.* Papam Johannem XXIII. in Concilio Conſtantienſi ob commiſſam hac in parte Simoniam depoſitum, Gregorium VI. vero ob idem crimen commiſſum coactum fuiſſe, ut Pontificatu ſe abdicaret. Quin & hodie in Curia Romana omnia fere officia eſſe venalia ſatis notum eſt. Facetam hiſtoriam de Cardinali Spinola pro Nepote ſuo Cardinalitiam petente dignitatem refert MYLER. AB EHRENBACH *in Hyparchol. cap. 7. §. 5. num. 8.* hic enim cum pro Nepote ſeu agnato ſuo ſæpiſſime inſtaret, tandem porrecto ſupplici libello petitionem ſuam ita coram Pontifice, Urbano ſcil. VIII. porrectis ſimul Cambii literis hiſce formalibus condecoravit: *Peto pro meo agnato Cardinalitiam dignitatem quam humillime, nam ecce! ſeptuaginta ſcutatorum millia erant pro eo:* tot igitur intervenientibus interceſſoribus armatis Pontifex ſe tandem exorari paſſus fuit ac petitam dignitatem conceſſit. Quanto porro pretio PALLIUM EPISCOPALE ſit redimendum, nemini forte ignotum eſt: cujus pretium regulariter eſt 25000. thalerorum, ſeu ut alii hoc efferunt, aureorum: verum antequam ad locum deſtinatum venit cum taxis extraordinariis ad 30000. thaleros extenditur; vid. RHET. *Inſt. Jur. Publ. Lib. 1. cap. 16. §. 15.* quæ ſumma ſæpius aucta nonnunquam in tantum excrevit, ut integræ provinciæ ad illud redimendum non ſufficientes fuerint: quapropter etiam ſæpius hac de re conqueſti ſunt Germani potiſſimum, in exemplum adducentes Sedem Moguntinam, de qua intra vitam unius hominis ſepties viginti millia thalerorum ob Præſulum aliquorum citiorem deceſſum pro redemtione Pallii ejusque confirmatione Romam fuerunt miſſa; ceu ex GOLDASTO *in Volum.*

lum. der Reichs-Satzungen *part.1. pag. 216. grav. 6.* referunt REINCKING *de Regim. Sec. & Eccleſiaſt. lib. 3. Claſſ. 1. cap. 8. n. 31. ſeqv.* LIMNÆUS *de Jure Publ. lib 3. cap. 3 n. 50.* Erudite quoque de hoc Pallio Epiſcopali ejusque abuſu differit B. D. JOH. BERENT *de Jure Simulationis & Diſſimulationis in cauſis Eccleſiaſticis cap. 8. n. 1 -- 49.* Non minor avaritia deprehenditur in *ANNATIS*, quæ dicuntur fructus ac reditus primi anni, ab eo, qui recens in defuncti Epiſcopi aut Abbatis locum vacansque beneficium ſuccedit, Pontifici Romano pendendi. Hæ enim utut primitus occaſione bellorum contra infideles ad expeditionem in Terram ſanctam faciendam ſociosque Religionis e Turcarum ſervitute liberandos fuerint introductæ, & eatenus non ſint improbandæ, ceu ex Rec. Imper. de anno 1500. Tit. 43. wie man mit dem Pabſt handeln ſoll, apparet, vid. SLEIDAN. *de ſtat. Religion. lib. 4.* hodie tamen ſimpliciter in Fiſcum Papalem inferuntur, ita quidem, ut non ipſi fructus ſed pecunia pro Annatis ſtatim in ipſa ſacri officii collatione petantur, adeo ut officium ſacrum non poſſit haberi niſi præceſſerit pecuniaria ſolutio: qui vero hos ſumptus anticipata ſolutione & dignitatis emptione ſuſtinere nequit, ad Epiſcopatum Prælaturam vel aliud officium non evehitur, neque confirmationem conſequitur. STRAUCH. *diſſ. de Annatis c. 5. §. 3.* Quantum vero Pontifici ex hiſce Annatis accedat incrementum ex iis facile colligitur, quæ apud HORTLEDERUM von Urſach des Teutſchen Krieges *fol. 622. num. 45.* inveniuntur, ubi has querelas Proteſtantes adducunt: Was die Römiſche Kirche jährlich aus ſolchen Annatis erkratzt und erſchabt, das iſt unmüglich zu æſtimiren und zu überſchlagen, aus Urſach, daß nicht allein die Biſchthumb

 und

und Prælaturen, ſondern auch die ſchlechten beneficia Electiva, ſo nur XXIV. Ducaten de Camera, ja nur XII. Ducaten nach Ordnung Leonis X. Einkommen haben, ihre Penſiones davon geben und reichen müſſen. Multi ſane Principes ex ipſis Pontificiis, uti Reges Hiſpaniæ & Galliæ turpem hanc venalitatem immodicumque quæſtum advertentes indignum non minus quam intolerabile putarunt ex proprio quaſi ſanguine & viſceribus tantos pecuniarum acervos Romam mittere, hinc Annatis penitus renunciarunt, & ne amplius Romam mitterentur, prohibuerunt. vid. STRAUCH. *dict. Diſſ. cap. 4. Sect. 1.* Quod exemplum Poloni quoque ſecuti ſunt, ac ſolenni Conſtitutione declararunt, ne Annatæ amplius Romam dentur, ſed in defenſionem Reipubl. convertantur. vid. PAUL. SCZERBIC. *in Prompt. ſtatut. & Conſtit. Regni Polon. part. 1. c. 5. p. 23. princ.* & JOH. HERBURT de FULSTIN. *in Statut. Polon. tit. Annata.* In Germania tamen per Concordata Nationis Germanicæ de anno 1447. quæ exhibet GOLDASTUS *Tom. 1. Conſtit. Imperial. p. 498. & ſequ.* cum magno totius Imperii præjudicio Annatæ adhuc ſolvuntur. vid. *Capitul. Imp.* LEOPOLDI §. 19. JOSEPHI *art. 18.* Moderni Imperat. CAROLI VI. *art. 14.* Auguſtanæ tamen Confeſſionis Principes jugum hoc, ringente licet Pontifice, feliciter excuſſerunt. vid. *Inſtrum. Pac. Oſnabrug. art. 5. §. 19. junct. art. 17. §. 3.*

Inter Proteſtantes venditio eſt prohibita tam à parte Patroni,

XVII. Inter Proteſtantes pleriſque in locis ſalutariter publica Conſtitutione introductum eſt, ne pro officio Eccleſiaſtico aliquid detur vel pretio illud redimatur. Sic in *Ordinat. Eccleſ. Elector. Saxon. ſub Rubr.* von Beruff und Annehmung der Kirchen-Diener. §. zum dritten *fol. 87.* ſevere prohibetur, daß aus Gunſt und Freundſchafft

ſchafft von wegen Verwandnüß, oder um Geſchenck und Gaben willen, untüchtige Perſonen durch allerley Wege und Practicken mit ewigem unwiederbringlichem Schaden und Nachtheil vieler Seelen der Kirchen nicht aufgedrungen werden. CARPZOV. *Juriſpr. Conſiſtor. Lib. 1. def. 40. n. 7. & 8.* cum qua convenit Fürſtl. Magdeb. Kirchen-Ordnung *cap. 14. § 3. & 11.* item *Statut. Synod. in Eccleſ. Pomeran. promulg. de anno 1574. cap. 4. §. 1.* Facile vero exinde colligitur nec Patronum Eccleſiæ aliquid accipere, nec Candidatum quidpiam dare oportere. Quod Patronos attinet, ſerio monet pius Theologus JOH. GERHARDUS *Loc. de Miniſterio Eccleſiaſtico Sect. 6. §. 115.* *Caveant*, inquit, *illi, penes quos jus præſentandi & Eccleſiæ nomine eligendi ac vocandi, ne officia Eccleſiaſtica faciant venalia, neve donariis & honorariis favores ſuos Miniſterii Candidatis venales exponant: ſed memores ſint priſtinæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ.* Improbanda igitur omnino eſt conſuetudo illa, qua nonnullis in locis Patroni certam ſibi ſummam ſtipulantur, quam Candidati præbendæ loco exſolvere tenentur, ceu pluribus eandem refellit Dn. BOEHMER. *in Jure Parochiali Sect. 3. cap. 1. § 32.* Neque admittenda videtur hic limitatio, quam adfert FINCKELTHAUS. *de Jure Patronat. Eccleſ. cap. 6. num. 137.* ex Jure Canonico, niſi ſcil. per Epiſcopum Patrono tempore fundationis Eccleſiæ reditus ſeu cenſus quidam moderati fuerint reſervati, quem in finem provocat ad *cap. 23. X. de Jure Patron.* item *cap. 11. X. de Jurejur.* hi enim textus ad Eccleſias Proteſtantium illarumque Patronos vix ſunt applicabiles. In genere potius approbamus Sententiam Theologorum Jenenſium, qui ad quæſtionem: Obs recht, daß Patroni bey erledigten Pfarr-Dienſten eine gewiſſe

Summa Geldes anſchlagen, daß derſelbe welcher den Dienſt haben will, erlegen muß, und ob Er ſolches mit gutem Gewiſſen geben könne, daß Er ſich eines rechtmäßigen Beruffes getröſten möge? negative reſponderunt, hanc inter alias addentes rationem, daß alsdenn Kirchen-Diener nicht würden ſeyn eine Gabe GOttes, und dörfften von ihm nicht erbethen werden, ſondern wer dem Patrono gnug gebe, käme zur Pfarre: apud DEDECKENN. *in append. Conſil. Theolog. Vol. 1. p. 3. Sect. 8.*

quam à parte Candidatorum, §. XIIX. Quantum ad Miniſterii Candidatos, aureum iisdem ſupra laudatus GERHARDUS inculcat hac in parte monitum, *loc. cit.* §. *116.* inquiens: *Qui ad Miniſterium eligendi ſunt, ſedulo caveant, ne pecuniis, fraudibus, emendicatis ſuffragiis vel quibuscunque malis artibus ſemet ipſos ingerant, ſed legitimam vocationem expectent;* quod ipſum egregio GREGORII teſtimonio confirmat, qui in *Lib. 2. epiſt. 22. ad Antonium Sub-Diaconum* ita ſcribit: *Illud præ omnibus cura Tibi ſit, ut in hac electione nec datio quibuscunque modis interveniat præmiorum, nec quarumlibet perſonarum patrocinia convaleſcant. Nam ſi quorundam patrocinio quisquam fuerit electus, voluntatibus eorum cum fuerit ordinatus, reverentia exigente obedire compellitur.* Nullam hic quoque differentiam agnoſcimus utrum Candidatus ad officium ſubeundum habilis ſit nec ne? item an optimam alat intentionem ut officio ſuo rite & ſecundum conſcientiam defungi velit; non enim habilitas ſubjecti neque intentio agentis actionem reddit bonam, ſi media ſint illicita, ſiquidem non facienda ſunt mala, ut inde eveniant bona. Nihil etiam intereſſe arbitramur, num Candidatus ipſe an per aliam intermediam perſonam Patrono vel ipſimet, vel ejus Uxori, liberis aut cognatis donum ſeu pretium

tium pro officio obtulerit; quod enim quis per alium facit ac peragit, illud ſemper ipſe feciſſe putandus ſicque ab imputatione non eſt immunis. Neque approbamus conſilium illorum in fraudem Legis excogitatum, quo amici Candidati, quem ad officium Eccleſiaſticum lubenter promovere cupiunt, Patrono cuidam avaro inſcio plane Candidato munera offerunt, ſicque officium eidem pretio procurant, putantes: illum nihilominus tanquam ex ſua opinione legitime vocatum officium aggredi ac juramentum Simoniæ optima conſcientia præſtare poſſe: Licet enim Candidato hac in parte nihil imputari queat, facile tamen contingere poteſt, ut aliquando ejus rei notitiam nanciſcatur, quo ipſo non minimus ſane conſcientiæ ſcrupulus pio inprimis Sacerdoti injiceretur; ut taceam amicos ejusmodi graviter peccare, qui mediis illicitis amico ſuo ſuccurrere non erubeſcunt. Annon tamen Canonicatus, qui inter Evangelicos reperiuntur & poſſeſſoribus inſignes reditus adferunt certa pecuniæ ſumma redimi & acquiri poſſint? diſquirit CARPZOVIUS *in Jurisprud. Conſiſt. Lib. 2. def. 312.* & recte negat; contrarium tamen certis præſuppoſitis conditionibus & circumſtantiis ſentit B. SPENERUS im Theolog. Bedencken *p. 4. c. 7. ſect. 35. p. 622.* cujus Sententia etiam ni fallor, in Praxi ſatis eſt recepta. Utinam tamen & hic & in aliis omnibus officiis Dativus plane exularet!

XIX. *Altera* pars Objecti in *Juramento Simoniæ* occurrentis in eo conſiſtit, ut Candidatus juret ſe nulli fœminæ intuitu Sacerdotii matrimonium promiſiſſe, neque ſpem eidem feciſſe. Inter Pontificios quidem modum hunc non obtinere & proinde ex Jure Canonico deduci non poſſe facile apparet dum Clericis matrimonium plane

(2) *ut nulli fœminæ intuitu Sacerdotii matrimonium promiſeris.*

 ne

ne prohibetur ex erroneo principio, acſi contra caſtitatem ſit, ut Clericus in matrimonio vivat, cum tamen extra matrimonium talia ab ipſis ſæpe perpetrentur, quæ cum caſtitate nihil habent commune. Proteſtantes igitur & hunc ſcrupulum tanquam in S. Literis nullum habentem fundamentum, feliciter excuſſerunt, & Sacerdotibus matrimonium juxta mores primitivæ Eccleſiæ quaſi poſtliminio vindicarunt. Sed neque ſic perfectus Clericorum ſtatus ex omni parte factus eſt; Sæpe enim Sancta hæc conjugii inſtitutio in remedium degeneravit, quo Paſtores in officium Eccleſiaſticum ceu Lupi in ovile irrepſerunt; quibusque per Dativum ad officium ob præſentiam Iri adſpirare non licuit, per Genitivum ſeſe immiſcuerunt, qualem modum B. SCHUPPIUS nonnullibi ſarcaſtico vocabulo promotionem per vulvam appellat: Nimis falſe hac de re ſcribit Anonymus quidam in ſcripto, quod appellat *Rationem Status*, ſeu kurtzer Bericht, wie und auf was Weiſe man heutiges Tages Kirchen-Dienſt ſuchen muß, annexo brevi tractatui qui inſcribitur *Simonis* Warheit Sendſchreiben an einen *Studioſum S. S. Theol.* betreffend die verfluchte Simoniam edit. 1688. ubi inter alia hæc quoque habentur verba: Dieſer Caſus (ſcil. per Genitivum) iſt ſehr tröſtlich, daß auch alte verlebte Wittwen von 60. und mehr Jahren ſich deſſen zu erfreuen haben, dann ob ſie woll zwey oder drey Prieſter überlebten, nehmen ſie doch den vierdten; nach dem Sprichwort: Stirbt der Fuchs, ſo gilt der Balg; Ja es ſeyn an vielen Orten die Prieſter-Dienſte alle erblich, daß, wann auch die Wittwe 99. Jahr, die Tochter krumm und lahm, bleiben ſie doch beym Dienſt, ſo ſie nur wollen. Es iſt Land-kündig, daß vor etlichen Jahren die Herren Politici in D. ſolches abſchaffen wollen, vielleicht daß ihre Kammer-Mädgen auch einmahl auf die Wahl kämen; aber die Herren Geiſtlichen haben ſich ſupplicando darwieder gelegt und gebethen, daß

es

es bey dem alten bleiben ſolte, quia quod antiquiſſimum illud veriſſimum: dabey wird es auch woll bleiben. In Ober-Teutſchland gehet es nicht viel beſſer her, nur daß es nicht ſo frey öffentlich geſchicht, ſondern es muß heimlich zugehen, daß es der Bauer nicht mercke. Dann ſo ein armer Teuffel irgend in einem Fürſtenthum oder Reichs-Stadt wil befördert werden, muß er warlich nur den Genitivum decliniren, und ſich entweder mit einem Kammer-Mädgen verkuppeln, oder aber in dieſes oder jenes Manns, ſo viel bey ſeiner Promotion thun kan, Freundſchafft heyrathen, damit er alſo per ipſius ſuffragium zu Dienſt gelangen möge, denn ſonſt wird er wol ſitzen bleiben, ſo er einer rechtmäßigen Vocation erwarten wolte. Et ſane ſi dicendum quod res eſt, peſſimus eſt modus per carnales ejusmodi ambages Spiritus S. officinam ingredi & Sacerdotium appetere; a parte Patroni vero etiam excuſari non poteſt, ſi talis conditio Candidato proponatur. Inprimis vero res ſcandali plena eſt, ſi jus eligendi Parochum virgini alicui a Patrono ex cauſis arcanis concedatur, ita ſcil. ut ille huic officio ſit præponendus, qui illam uxorem ducere velit: talem enim conceſſionem repugnare naturæ vocationis Divinæ eleganti Reſponſo Facult. Jurid. Hallenſis Menſ. Jul. 1701. concepto illuſtrat Dn. BOEHMER. *in Jure Parochiali ſect. 3. cap. 1. §. 24.* quod licet longiusculum ſit, ob varias ibidem allatas rationes ad dilucidationem noſtri Thematis apprime facientes, huc apponere lubet:

Hat ein Fürſt einem wolgezogenen Mädgen von guten u. honetten Leuten auch von guter Geſtalt, u. auf dero Leben u. Wandel nichts zu tadeln, ingleichen auch von ſolcher Ausſteuer und Mitteln, als eine im Lande ſeyn möchte, eine Pfarre mit dieſen Formalien geſchencket:

Sr. Hoch-Fürſtl. Durchl. haben gnädigſt verſprochen und zugeſaget, daß der Jungfer N. N. die durch den Todes-Fall des Seligen N. N. erledigte Pfarr-Stelle, ſolchergeſtalt überlaſſen werde, daß wenn ſich dazu ein tüchtig Subjectum ſie zu heyrathen angiebet, demſelben ſothane Pfarre conferiret werden ſolle.

Und

Und entſtehet nun daher die Frage: Ob ein Landes-Herr ſolches wol thun könne, und ſo ſich ein tüchtig Subjectum, ſo der gantzen Gemeine gefällig iſt, finden möchte, derſelbe ſich wol Scrupel des Gewiſſens zu machen habe, ob er auch wol durch wolberuffene Wege ins Predigt-Ambt trete?

Ob nun wol ſolche Vocation nicht unrechtmäßig zu ſeyn ſcheinet, indem allhier zum voraus geſetzet wird, daß der Vocandus ein ſolches Subjectum an deſſen Lehre und Leben nichts zu tadeln, und welcher auch der gantzen Gemeine gefällig iſt, folglich da ſecundum principia Proteſtantium denen Predigern zu heyrathen frey ſtehet, auch dieſem nicht verwehret werden mag, gedachte Jungfer zu heyrathen, und überdem von unterſchiedenen, ſowol Theologis als JCtis davor gehalten wird, quod ſub conditione ſi viduam, vel filiam anteceſſoris ducat ad functionem Eccleſiaſticam aliquem vocare liceat:

Carpz. juriſpr. conſiſt. l. 1. def. 42. n. 4. & ab eo citati.

Gleichwie auch ſolches an vielen Orten gebräuchlich, und es dahero das Anſehen gewinnet, daß in hoc caſu ſimilii wol ein gleiches müſte vergönnet ſeyn.

Weil aber unter denen Stücken ſo der Apoſtel *1. Tim. 3. v. 2. ſeqq.* zu einem rechtſchaffenen Lehrer erfordert, dieſes keinesweges enthalten, daß er eine gewiſſe Perſohn heyrathen müſſe, welche der Patronus ihm vorſchläget, und wenn gleich daſelbſt ſtehet, daß ein Biſchoff eines Weibes Mann ſeyn ſoll, dennoch ſolches nicht præceptive, ſondern permiſſive, und zwar alſo zu verſtehen, daß ihm zwar zu heyrathen ſoll erlaubet ſeyn, er ſich aber mit einer Frauen ſoll begnügen laſſen, und vielmehr Paulus an einem andern Ort 1. Cor. 7. v. 7. ſeqq. ausdrücklich darthut, daß es beſſer ſey, wenn jemand ledig bleibe, indem er alſo beſſer ſorgen könne, was dem HErrn angehöret, welches auch vorneimlich bey den Predigern ſtatt finden ſoll, und dann anderer geſtalt, vornemlich niemand zur Pfarr gelaſſen wird, wo Er nicht die Perſohn heyrathe, das Matrimonium nicht liberum bleibet, noch einem ſolchen Prediger verſtattet wird, nach der Lehre Pauli das beſte zu erwehlen, daher auch die Theologi Dillingenſes, *in Compoſit. Pac.* die Lutheraner beſchuldigen, ſie hätten zwar die verbothene Prieſter-Ehe abgeſchaffet, und das

das Freyen als ein Adiaphoron zugelaſſen; aber jetziger Zeit würde der Zwang zu der Ehe denen angehenden Lutheriſchen Predigern bey ihren Vocationen angemuthet, daß ſich die Lutheraner dadurch des Religions-Friedens verluſtig gemachet, weil bey der Prediger Beruff nicht mehr die Prieſter-Ehe frey gelaſſen, ſondern bald dieſe bald eine andere aufgedrungen würde; Uberdem auch viele andere Inconvenientia daraus entſtehen, ſintemahl ſolcher geſtalt das gantze Jus eligendi Paſtorem auf ein Weibes-Menſch ankomt, indem auch dieſe wieder ihren Willen eine Perſohn zu heyrathen nicht kan gezwungen werden, und alſo wenn gleich ein tüchtiges Subjectum verhanden, ſolches allein auf den Willen der Jungfer beruhet, ob er ihr anſtehe oder nicht, auch nicht zu glauben, daß eine ſolche Perſohn auf die Tüchtigkeit ſo zum Predigt-Ambt erfordert wird, welche zu prüfen ohne dem eine Weibs-Perſohn insgemein unfähig, ſondern nur darauf ſehen werde, was ihrem Fleiſche möchte gefällig ſeyn; deshalben ein Prediger zu Hamburg, Nahmens M. Warnikenius, in einer Predigt zu St. Nicolai Anno 1669. gehalten, ſolches eine Schandthat nennet, daß, gleich wie Rahel die Götzen Labans unter ſich ins Streu geleget, Gen. 31. alſo auch die Simoniſten aus denen Vocationen lauter Götzen machten, und gleichſahm ſolchen Beruff ins Predigt-Ambt unter den Rock dieſer oder jener Magd, die den Prediger machen ſolte, ſtecken, auch nicht hindert, was oben von denen Wittwen und Töchtern der Prediger angeführet, indem allerdings beſſer, daß wegen angezogener Urſachen ſolche übele Gewohnheit abgeſchaffet würde, gleichwie auch die Ration, warum Carpz *cit. l.* ſolche Vocation billiget, nemlich: quia vocato Paſtori iſta conditio eſt admodum proficua, quia vidua vel filia defuncti Paſtoris exquiſitiorem Parochiæ & redituum cognitionem habere præſumitur, ut ſic majori cum utilitate rei familiari præeſſe queat, quam extraneus, gantz unerheblich, und nur auf den Nutzen des Predigers, keines weges aber auf den Nutzen der Seelen der Zuhörer gerichtet iſt, oder wo ja ſolche Gewohnheit einiger maſſen zu dulden, dennoch dieſe Arth keines weges ad alios caſus zu extendiren, uti docet Brunnem. *de Jur. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 16. in fin. aliique*, und alſo von dieſer Gewohnheit auf dieſen Caſum keines weges argumentiret werden kan, in meh-

rer Erwegung nur dadurch Gelegenheit gegeben wird, das Predigt-Ambt mehr und mehr zu verachten, zumahl ſolches nicht die rechte Thür iſt, dadurch Chriſtus einen Prediger einzugehen befohlen. *Joh. 10. v. 1. ſeqq.* unzehlicher andern Inconvenientien, ſo daraus entſtehen, nicht zu gedencken. So halten wir davor, daß ein Fürſt nicht wol thue, auf ſolche Arth einen Prediger zu einer Pfarre zu beruffen, und ſich ein vocandus Scrupel wegen ſolcher Vocation in ſeinem Gewiſſen wol machen könne, es auch pro divina vocatione keines weges zu achten. V. R. W.

De Conditione, ut quis defuncti anteceſſoris viduam vel filiam ducat.

X X. Ex ſupra dictis quoque liquido apparet, quod illa conſuetudo, qua Candidato ad officium eligendo conditio apponi ſolet, ut defuncti Paſtoris viduam vel filiam in uxorem ducat, penitus per introductionem juramenti Simoniæ ſit ſublata. An hæc conſuetudo ſit rationalis? disquirit B. BRUNNEMANNUS *de Jure Eccleſ. Lib. 1. cap. 5. §. 16.* & exiſtimat tolerandum hunc morem eſſe, quia in noſtro Eccleſiæ ſtatu vix aliter conſuli poſſit viduis ac liberis Paſtorum præcipue ruri, addit tamen, ut perſona ſit idonea ad docendum, & conſenſus ſit liber. Idem prolixius defendit *MATTH. STEPHANI de Jurisdict. Lib. 3. part. 1. cap. 19. num. 26. ſeqv. FINCKELTHAUS. de Jure Patronatus cap. 6. n. 38. ſeqv.* quibus ex Theologis adſtipulatur TARNOVIUS in dem Bedencken auf die Frage: Wenn Chriſtliche Kirchen-Patroni geneiget ihres verſtorbenen Pfarrern Wittwe oder Tochter mit einer tüchtigen Perſohn bey der Pfarre zu laſſen, ob deſſen Beruff, der alſo dieſer Freye halben zum Pfarr-Ambt kommt, ein Göttlicher Beruff ſey, und der Beruffene deſſen ein gut Gewiſſen haben könne? ubi inter alia reſpondet: Die Vocatio bleibet legitima, ob ſchon ſolch Accidens mit fürfället. CARPZOVIUS tamen *in Jurisprud. Eccleſ. Lib. 1. def. 42. n. 5. ſeqv.* quatuor hæc requiſita præſupponit, ut (1) vocatus ad miniſterium ſit habilis & idoneus, (2) in quem tota etiam conſentiat Eccleſia: (3) ut Viduæ vel filiæ defuncti ante-

ceſſo-

ceſſoris liber relinquatur conſenſus ad matrimonium, (4) idque etiam ſucceſſor ſuo conſenſu libero approbet; quibus præſuppoſitis & hoc addit, Legem neceſſariam ex limitata hac conditione nequaquam eſſe inducendam, nec ſucceſſionum hereditariarum jura ad officiorum Eccleſiaſticorum conſtitutionem transferenda: cum quo amice conſpirant *THEOLOGI WITTEBERGENSES* in Reſponſo ad paulo ante laudatam quæſtionem apud DEDEKENNUM *Volum. I. Conſil. part. 2. memb. 3. Sect. 10.* ubi in fine addunt: Gleichwie aber Kirchen-Patroni niemand eben darumb, daß Er Wittwe oder Tochter freyen will zum Pfarr-Ambt beruffen ſollen, alſo ſolte ſich niemand, auch umb ſolcher Urſachen beſtellen, ſondern zuerſt das Ambt ihm rechtmäßiger Weiſe vertrauen laſſen: Alsdann könte er ſehen, was ſolcher Freye halben vorzunehmen wäre, damit es nicht das Anſehen gewinne, und Er ſelbſt in ſeinem Gewiſſeu ſich nicht betrübe, als ob Er nicht umb ſeiner Geſchicklichkeit, ſondern umb dieſer Freye willen wäre befordert worden. add: JOH GERHARD. *in Loco de Miniſt. Eccleſ. Sect. 7. §. 117. qu. 8.* item B. Epiſcopi D. BERNH. von SANDEN *Inſtruct. Miniſtrorum Verbi ſect. 2. §. 21.* ubi notanter in fine ſubjicit: *Non igitur, ſi dicendum quod res eſt, laudatur Patroni vel Eccleſiæ concluſum, quo ſtatuitur nemini committere Eccleſiam, niſi qui Paſtoris defuncti vel filiam vel viduam in matrimonium duxerit: Hoc enim eſt venum exponere S. Miniſterium, & Vocationem divinam humanis conditionibus alligare, quæ & ipſæ faciunt, quo minus cum parrheſia aggrediatur aliquis & faciat S. officium.* H. J.

XXI. Annon vero Diſpenſatio circa Juramentum hoc locum habeat? non incongrue hoc loco quæri poſſet: Ad quam quæſtionem ita reſpondemus, quod circa prius membrum, quo Candidatus jurat, ſe ratione adepti officii nemine quidpiam promiſiſſe, vel adhuc aliquid dare velle, nulla prorſus admittatur diſpenſatio: Dum enim, *Qu. An circa juramentum Simoniæ diſpenſari poſſit?*

ut ſupra jam vidimus, talis officiorum nundinatio ſimpliciter Legibus eſt prohibita, ſicque manifeſtam turpitudinem involvit, neque ſub ullo prætextu defendi vel excuſari poteſt, diſpenſatio hæc ad delinquendum anſam præberet. Quod poſterius membrum attinet, quod Candidatus nulli fœminæ intuitu officii matrimonium ſit pollicitus vel ſpem eidem fecerit, diſtinguendum eſt utrum Candidatus jam ſit uxoratus nec ne? priori caſu verba illa plane omittuntur, quia non neceſſaria ſunt; poſteriori vero diſpenſatio quidem regulariter etiam non admittitur, attamen ſi circumſtantiæ nonnunquam aliud ſuadeant, & Candidatus forte Seniori cuidam Paſtori in ſublevationem officii ſubſtituitur, ejusque filiam ex liberrimo omniumque quorum intereſt conſenſu, accedente Patroni & Parochianorum approbatione, requiſitis ſuperius adductis concurrentibus, ducere velit, vel etiam mortuo Paſtore cum ejus vidua vel filia ejusmodi circumſtantiæ ſeſe exſerant, diſpenſatio quandoque a *SACRA REG. MAJESTATE* ſolet impetrari atque etiam concedi, ita ſcilicet ut omiſſo ſecundo membro in Juramento Simoniæ primum tantummodo juretur. Quales caſus etiam in Conſiſtorio Sambienſi quamvis non adeo frequenter obſervare licuit.

De pœna illorum qui contra juramentum Simoniæ impingunt.

XXII. De cœtero quemadmodum omne juramentum licitum jurantem ad ſui impletionem obligat, ita etiam cum noſtro Simoniæ Juramento comparatum eſt; unde quoque apparet illum qui ſciens contra juramentum hoc impingit, graviſſimæ pœnæ eſſe obnoxium. Et in genere quidem Crimini Simoniæ jam a multis retro Seculis variæ dictatæ fuerunt pœnæ: *inter omnia enim*, inquit, MARCUS ANTONIUS de DOMINIS

MINIS *de Republ. Eccleſ. Lib. 9. cap. 9. n. 65. Eccleſiaſticorum hominum ſcelera nullum unquam fuit reputatum gravius, turpius, pernicioſius, & quod magis Chriſti ſponſam Eccleſiam dehoneſtaret ac deturparet, quam Simonia, ac propterea neque acrius contra ullum vitium unquam tota inſurrexit Eccleſia, quam contra ipſam labem Simoniæ.* Graviter ac ſevere hac de re diſpoſuerunt ſupra laudati Impp. LEO & ANTHEMIUS in *L. 31. in f. C. de Epiſcop. & Cler.* his verbis: *Sane ſi quis hanc ſanctam & venerandam antiſtitis ſedem pecuniæ interventu ſubiiſſe, aut ſi quis ut alterum ordinaret vel eligeret, aliquid accepiſſe detegitur, ad inſtar publici criminis & læſæ Majeſtatis accuſatione propoſita, a gradu ſacerdotii retrahatur, nec hoc ſolum deinceps honore privari, ſed perpetuæ quoque infamiæ damnari decernimus: ut eos, quos par facinus coinquinat & æquat, utroſque ſimilis pæna comitetur.* Cui legi hæc ſubjungitur authentica, ex *Nov. 123. cap. 2.* deſumpta: *Quod pro hac cauſa datum eſt, & pretium quod expenſum eſt, reſtituatur eccleſiæ, cujus ſacerdotium voluit comparare.* add. *Nov. 137. cap. 2. in fin.* item *Nov. 6. cap. 1. ſ. 9.* Nec minor circa ejusmodi Simoniacos pœna in Jure Canonico ſtatuitur: ita enim in *can. 33. c. VII. qu. 1.* habetur: *ſancitum eſt, atque omnibus modis prohibitum, ut ſi quis presbyter inventus fuerit alicui Clerico vel Laico munera dare vel dediſſe, aut aliam pecuniam tribuere, ut alterius presbyteri eccleſiam ſurripiat, aut vacantem pretio redimat, pro hac cupiditate ſeu præſumtione turpis lucri gratia dejiciatur a clero & alienus exiſtat a regula.* Quinimo pro diverſitate circumſtantiarum Excommunicatio, ſuſpenſio, reſtitutio pretii dati, infamia & privatio omnium beneficiorum dictari ſolent, qua de re conf. *tot. tit. X. de Simonia.* LANCELLOTT. *Inſt. Jur. Can. Lib. 4. tit. 3. §. 8.* ZIEGLER. item BRUNNEMANN. *Jus Eccleſ. Lib. 2. cap. 18. §. 10.* DESSEL. *Erotem. Jur. Can. Lib. 5. tit. 3. qu. 11.* In noſtra quidem Conſtitutione Regia, quam ſupra §. *IX.* adduximus, generaliter tantum de hac pœna ita diſponitur: Wenn ſolches geſchehen, (ut ſcil. quis pretio vel per nuptias fuerit promotus,) ein ſolcher Candidatus nicht zum Predigt-Ambte gelaſſen, ſondern ſofort & in perpetuum abgewieſen ſeyn ſolle; quin tamen pro qualitate cir-

circumſtantiarum pœnæ in jure Canonico ſancitæ, imo & pœna perjurii locum habere poſſint, nulli dubitamus.

Juramentum Simoniæ ſemel tantum præſtatur.

XXII. Illud adhuc ceu ſingulare in Juramento Simoniæ occurrit, quod ſemel tantum præſtetur, quando ſcil. Candidatus prima vice ad Sacerdotium promovetur. Si enim jam in officio ſit conſtitutus & ad aliud officium vocatur, juramentum hoc denuo non exigitur, ex generali forte præſumptione, quod is, qui in officio jam verſatur, non tam anxie pretio vel matrimonio interveniente ad aliud munus ſit adſpiraturus, ſed ejus vocatio legitima jam præſumatur. Aſt optandum ſane foret, ut & circa translocationes illas voluntarias Miniſtrorum Eccleſiæ juramentum Simoniæ introduceretur: Sæpe enim & hic Simoniam palliatam ſubeſſe & nonnullos ſacerdotes vel ex avaritia vel ambitione vel nimia dominandi cupiditate ditiores & ampliores Parochias illicitis haud raro mediis quærere, experientia proh dolor! docet. Notatu digna ſunt verba Epiſcopi cujusdam Oſii in *Concilio Sardicenſi* referente ZIEGLERO. *de Epiſcopis cap. 11. §. 4. Non minor*, inquit, *mala conſuetudo quam pernicioſa corruptela funditus eradicanda eſt, ne cui liceat Epiſcopo de ſua civitate ad aliam tranſire Civitatem. Manifeſta eſt enim cauſa, qua hoc facere tentent, cum nullus in hac re inventus ſit Epiſcopus, qui de majori Civitate ad minorem tranſiret. Unde apparet avaritiæ ardore eos inflammari & ambitioni ſervire & ut dominationem agant.* conf. JO. SAM. STRYCK *in Diſſ. de translocatione Miniſtrorum Eccleſiæ* §. 7. ubi de juſtitia translocationis voluntariæ fuſius diſſerit.

Affinia & Concluſio.

XXIV Et hæc de Juramento Simoniæ in medium attuliſſe ſufficiat. Inter affinia & connexa referri poteſt Juramentum Religionis, quod Candidatus Miniſterii pariter ante ordinationem in Saxonia ac aliis quibusdam locis præſtare tenetur, de quo agit CARPZOVIUS *in Jurisprud. Conſiſtor. Lib. 1. Tit. 4. def. 50.* Quoniam vero illud in Pruſſia non eſt receptum, eidem non immorabimur. Erudite contra juſtitiam illius diſſerit Dn. BOEHMER. *in Jure Parochiali Sect. 3. cap. 1. §. 48. ſequ.*

S. D. G.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google